




195. 42.
Fl. 17.



[Faint, illegible handwritten text]



Collectio rarissima




CONGRATVLATIO
INSCRIPTA
REVERENDO ET
DOCTISSIMO VIRO, FRATRI
Ioanni Dithmaro, celeberrimi Monaste-
rij Furstenfeldensis apud Boios Sacerdoti,
cùm in Florentissima Ingolstadiensi Aca-
demia liberalium artium Philosophieque
Doctor 10. Cal. Febr. publicè ac so-
lenniter crearetur.

AUTORIBVS

M. IOANNE ENGERDO P. L. & Poës. Profefs.
M. BARTHOLOMÆO HVBERO P. L.
M. HADRIANO VVENGERO.



INGOLSTADII,
EX TYPOGRAPHIA DAVIDIS
Sartorij, M. D. LXXVII.



CONGRATULATIO

INSCRIPTA

REVERENDO ET

DOCTISSIMO VIRO, FRATRI

Leopoldi Dichtmann, celeberrimi Monasterii

in Furstentum Brandenburgensi, sacrosacra-

torum in Florentissima Insignitissima Aca-

demia Imperialis Philosophiae

Doctoris et C. S. P. Publici

Immediati

AVTORIBUS

M. IOHANNI ENGERDO P. L. & P. S. P. Prof. S.

M. BARTHOLOMEO HABERO P. L.

M. ADRIANO VVINGERO.



INGOLSTADIA

EX TYPOGRAPHIA DAVIDIS

2. 1717, M. D. C. L. XVII



CARMEN HEROICVM
M. IOANNIS ENGERDI NEAPO-
LITANI TVRINGI, POETÆ LAVREATI,
& Poëtices Professoris Ordinarij.

SUMME Deus, semper cuius sub numine
Roma est,
Et Romana fides totum vulgata per orbem,
Non tamen omnino permittis, ut impia possint
Dogmata Teutoniam Christiq; evertere gentem,
Cum taleis animos iuuenum est tam plena sacrorū
Doctrinae sophiaq; ingentis corda tulisti:
Qualis hic ante alios & dis DIETMARKS alumnus
FVRSTENFELDIACÆ, celebris cui praesidet ABBAS
Ille LEONARDVS TREVTVEIN, cui semper avita est
Religio cordi, nec sacras negligit arteis:
Nam fouet impensis, ad te mea carmina verto
O DIETMARE, tuum Sophiae florentis amorem,
Qua meritò summa lauro tua tempora cinxit:
Nec tantum Sophia polles: mysteria Diuū
Ardua scrutaris pariter: tibi maxima fandi
Copia suggestu sacris de rebus ab alto.
Ergo gratatur tibi sacratissimus ABBAS;
MELCHIOR, imò etiam venerandus PETZIVS alter
Mecœnas tibi gratatur, te pectore toto
Accipit: ipsa domus tibi FVRSTENFELDIALaudes

*Accinit, ut partostibi iam fortunet honores
Rex Diuūm atq; hominū, teq; ad maiora sacrorum
Præmia perducatur paucis labentibus annis.*

A L I V D

M. BARTHOLOMÆI HUBERI
LANDISHTANI BOII, POETÆ LAVREATI
& SS. Theologiæ Studiosi.

Hinc age turba procul furiis lacerata cruentis,
Ac mentem exagitata dolis, quibus haud ita
Gēs fera tentauit, quis immittere summo (quondā
Arma Ioui, Iouis imperium transferre subactum,
Ardua q; extincto detrudere sydera mundo,
Sæuiit, hæretici procul o procul este prophani.
Pergite, quō vos cunq; uehet vaga cymba Charōtis,
Quin rapiat uiuos Lethæi ad fluminis undam
Turbidus & cæno, vasta q; voragine gurges,
Cedite: relligio sed enim regina, Sacerdos,
Vatesq; exclamat, sacris absistite rebus,
Quas fœdare manu, quas contra iura fidemq;
Consilio horrendo turpes conuertere in usus,
Ac remouere loco, quod vix fecere latrones,
Vos facere haud piguit: sed quæ dementia cepit?
Quæ magis impietas, quæ res crudelior, eheu,
Tantā necaligo, non euitabilis error
Occupat

Occupat insanos animos tam turpibus ausis?
An tantum, reputate nefas, patietur inultum
Maximus ille Deus, qui res hominūmq; Deūmq;
Imperiis regit æternis, & fulmine terret?
O utinam vestri iam meta furoris adesset,
Ultima & illa dies aliis exempla sub ævum
Venturum missura, Deum non temnere frustra
Fas sit, & antiquum Monachorum evertere cultū,
Sanctorūmq; patrum doctrinam dicere falsam.
En iterum nobis prior instauretur. oportet
Religionis honos, diuini nominis ordo,
Qui temerè heu nimium disiectus, & irritus orbi
Intulit ærumnas, adeoq; pericula mille.
Concidit (infandum) secluso lumine veri,
Omne decus legum, vitæ moderamen & omne.
Ast ô felices, ô terq; quaterq; beati,
Quorum consiliis tollenda est lerna malorum,
Pestis & hærese ð grassari desinet unquam.
Vos eritis, quos vita monastica disciplinis
Ornat & imbuit ô Monachi, gens sancta Deorum,
Vosq; sacri Mystæ virtutum lumina clara,
Auspice vos Christo palmam reparabitis ipsam,
Inensos contra hæreticos Acheronta mouentes,
Flectere dum superos nequeunt, & perdere mundū.
Vos fortunati, vos religionis amantes,

Vos operi assueti, patientes atque laborum,
Vos pietas, syncerus amor comitatur euntes,
In vobis solida fidei doctrina relucet,
Ergò quid dubitamus adhuc vos vincere posse
Ac superare pia cum religione Gigantes,
Temnere quos Diuos dudum malus impulit error.
Tuq; adeò imprimis, præ digno nomine fulgens
Opie IOANNES (quem fausto sydere natum
Ingenioq; bono te cognouere coloni
Diessenses, ubi Ditmari senis inclyta proles,
Hinc puer egressus patria, pietatis amore,
Protinus affectas caelebs traducere vitam
Cum monachis, animi propriū iā velle relinquens,
Morem spontè gerens, patienti pectore duram
Pauperiem exercens, subiturus est omnia vota
Qua vel religio, vel dictat regula morum)
Scilicet ardenti studio infestare laboras
Expertes animos fidei est pietatis auita.
Namq; resistendi præsens in pectore virtus,
In te vis animi, natura maxima dona,
Iam tibi iudicium solidum, iam floret est etas,
His ducibus datur excelsas conscendere ad artes,
Et rerum facili causas apprehendere nixu,
Eximios lustrare libros, quorum indiget usus,
Si contemplari liceat fastigia rerum,
Veraq;

Veraq³ cum falsis, conferre examine longo,
Et simul obscuris nitidam superaddere lucem.
Ne specie veri falli nec fallere possis,
Hæc bona siue animo siue arte profecta, redundant
In te præ largo Sophia de fonte, perennes
Cuius aquas libans sapientior haud malè fertur.
Hæc eadem tibi parta venit sapientia vera,
Dum vehemens amor intus agit tot voluere casus,
Ac seu luce polum perfudit candidus orbis,
Aut ubi prima quies somni mortalibus ægris
Incipit, haud unquam piguit tot adire labores.
Tertia perfectò vix cursu transiit æstas,
Et modò quæ niueo montes velamine celsos (est,
Tristis hyems vestit, numero quoque terna secuta
Interea quæ dona paras, præstantibus ausis?
Principiò sed enim quàm sis indagine mentis
Non valida, aggressus diuina exquirere scripta,
Tunc operæ precium certò rebare futurum,
Si prius explores, teneasq³ (ut fertur) ad unguem,
Atque legas Sophia numerosas ordine partes,
Ne sis ignarus, doctrinæ quicquid in illis
Compressum expediat per cuncta negocia vitæ,
Quæ sine his scatebræ errorũ, fraudumq³ caterua
Orta graues, magnosq³ viros, fama q³ verendos
Ducit, ut à vero nonnunquam sine recedant.

Ergò

Ergò tu meritò prudens censebere, & olim
Si vitam antea actam memores, meminisse iuuabit,
Quippe iterum atq; iterum priuato Marte, sagaci
Pectore militiam Phœbi exercere solebas,
Donec iam fieres Sophicis versatus in armis,
Atque argumentis benè confirmare peritus
Materias rerum, quas vel Stagyrita supremus,
Aut Plato vel Samius, vel nostra ætatis Aquinas,
Aut alius Sophici prima de classe Senatus,
Post se liquerunt agitandas more vetusto:
Protinus acceleras iam publica castra subire
Excitus ad pugnam, nullius spicula abhorens,
Stas celsa in cathedra, præerat tibi magnanimus Dux
Hungerus veræ pietatis & artis amator
Albertus Magnus qui nostra ætate secundus,
Aut etiam Alberto maior per secla futura
Iure potest merito celebrari, atque omine dici.
Hoc magno duce difficile atque opus admirandum
Vestigare animi certas, per dogmata querens,
Spiritus, an moles, an corpore libera ab omni
Forma beata gerens diuinæ mentis honorem
Intus & exterius quoniam regat ordine sensus,
Exerat effusas vires per corporis artus,
Nam sit perpetuò viuax, expersq; sepulchri.
Quid non præclarum, quid non laudabile et altum
Ergò
Contigit

Contigit audire in tanto certamine patrum.
Non ego sufficio mysteria tanta referre,
Quanta nec expressit multorum turba Sophorum.
Hæc tua fama volat magnas vulgata per urbes,
Ac Mæcenates tibi reddidit esse benignos.

Nonne Leonhardus sacris qui præsidet aris
Principis ad Campum (sic prisco nomine fertur
Canobium sedes quæ magni principis olim,
At nunc Abbatum locus assignatus honori)
Qui Treitue iniadum totius gloria gentis,
Quiq; tuus pater & præsul dignissimus ævo,
Munera plura tibi promittit diuite cornu
Fundere, quin etiam fudit, nec pœnitet unquam
Auxiliatrices Dietmaro extendere palmas.

Te magis atque magis commendaturus amicū
Bartholomæus habens à claro monte parentes,
(Nam Liechteperges proprio sunt nomine dicti)
Præsulis à prima retinens sibi sede, secundam,
Canobij patrum inspector, rerum actor & auctor
Fœdere perpetuo servabit mutua vincula.
Te patres alij, te mirabuntur alumni
Quos merito invitare potest tua maxima virtus
Ut vitam exoptent magis excoluisse per artes.
Te solet in primis mirari Petzius ille

B

Melchior

Melchior haud residēs postremus in ordine patrū,
Hic in te promptus fuit, at iam promptior idem,
Te modò præstanti donabit munere præsens.
Et meritò: quis enim cum tanto sc̄nore reddet?
Reddet & augebit cumulum numerumq; bonorum
Viribus ingenij, doctrina lumine fretus.
Hæc bona Dietmarum magno comitantur honore
Indeq; supremam meruit cum laude coronam
Et decus & Sophia certissima præmia Diuæ.
Quod vates equidem prædixi carmine quondam
Sæpe quod optavi, fas est nunc cernere coram,
Et præ lætitia mihi iam præcordia saltant.

Verum agè, principio ne multum finis aberret,
Ad te Ioannes redeo, tibi grator honores,
Ac tibi gratabor (si dent modò fata) futuros,
Quippe ubi diuinus præstanti nomine Doctor
Purpureos inter patres, Sanctumq; Senatum,
Et sceptrum, & mitram, doctrinæ insignia sacræ
Accipies tandem, sed enim tibi gratia abundat,
Quin etiam ceptis ingentibus omnia spondet
Dignatus Christus soboles æterna parentis.

Tu modò firma animū scriptis dictisq; sacratis,
Ad sere virtutum, fidei, pietatis honorem,
Contere & hæreticos, illos & tartara ad ima

Detrude

Detrude, expugna, presentibus utere & armis,
Ordinis atque tui, fac percrebrescere famam,
Vivere tuq; alios, in religione studebis.
Si fueris olim (quis enim non augurat omen?)
Donatus titulo, & diademate Prasulis auctus.
Det Deus, ut quod ego longo iam carmine dixi,
Perficias opere & valido conamine votum.

ALIVD CARMEN GRATVLA-
TORIVM, IN EIVSDEM REVERENDI
& Doctiss. F. Iohannis Dithmari Furstenfeldensis
Coenobitæ Magisterium &c.

SCRIPTVM A M. HADRIANO VVENGERO
Neapolitano Medicinæ Studio.

DElite aint ne domi delectu dedit a docto
Disticha? depellam desidiosa domo,
Deligo, diligo, dans delectamenta, duoq;
Disticha DITHMARO do duplicata decem.
Defero, dedo, decet, dicit doctrina docetq;
Deducit, dictum diligo deligere.
Disciplinarum dabo Disticha decantato,
Doctori, Domino distribuente Deo.
Dissona DITHMARO dare Disticha dote deceti
Diffugio, donans differitate data

B 2

Deniq;

Deniq³ dignaris Doct^r dignissime dici,
Dudum debueras, dante, docente Dec.
Debita dona, decus, Doct^r doctissime dudum
Deprendas, dextra dexteriore datum.
Demonstrante Deo & ducente, ducenta docendis
Dogmata deposita debilitate dabis.
Decerpas data decreto diademata Doct^r
Disciplinarum, diuitiore die.
Denique deuenit dudum diadema decorum
De demirando dogmate demeritum
Deducare domum, diademaq³ dilige dignum,
Detineare diu? deliteasne diu?
Digrederere diu? dulci discrimine dudum
Debita deporta dona decora domum.
Deducasq³ decus durabile, dulce, decorum,
Depreſsum docta dexteritate datum.
Doct^r dicaris, addiſcas dogmata diuūm,
Doctrinam docilis diſce doceq³ Dei.
Deprauatorum domitato dolosq³ dolendos
Doctrinam dulcem diſtribuasq³ Dei.
Diuinamq³ διδασκαλίαν dicare dicare
Dogmate dulciloquo dulciſſimoq³ dato.
Detege

De tege defraudatorum discrimina, dira

Dogmata destruito deteriora data.

Dogmata deducas docili dictamine diuūm,

Dogmata delubris deuenerere Deūm.

Dicantur degustanti dulcescere docta

De disciplinis disserere deq; Deo.

De dubitēsne Deo diuinum dicere dogma?

Deduxisse decus de Deitate decor.

Dignas diuitias decorato dogmare diuūm,

Deducas docilis, dante, dicante Deo.

Discere desieris donec, discedere donec

Dictus ades domibus, dispiciente Deo.

Δῶρα διδασκαλίας δάφνηρ, δάφνηφορε δίτμαρ
(δακτυλιοεικνεῖρ δει) δια, δέρικε, δέχσ.

Δεύτερα δὲ διδασχῆς διαλειφθεῖς δῶρα, θοιάζε,
δραρ, δει, δελτάριον δει δόμεναί τε δόσιμ.

TRIA DISTICHA NVME-
RALIA EIVSDEM.

Iano per Docto ^{Lulu} Capta aLtera ferta, ter oCto

Ut IanVs LVces fert propè habétqVe

DVCes.

B 5

ALIVD

A L I V D.

*EXtat Ut ars far^{scita}I, sophle aLtera se^{scita}ta pararl
Frontl DIthMarl par pV to parte parl.*

A L I V D.

*FVrstenfeLDensIs feLIX fastI gla facto
Fert faCILLI, faVtor faLLone Franco fIDE?*

Viue Valeque diu.



ALIVD

B 2

EXCAT Ut in: f. 1. f. 1. supra ad. rora festo para. 1.
Front. D. l. m. Mark p. 1. p. 1. parte pari.

ALIVD

Vrslenfe L. Densls fel. IX. fast. Igl. fa. 1. 0.
Fert fa. C. l. d. fa. V. m. fa. L. one. Franc. f. (D. 1.)

Vino. V. o. i. u. dia.



ALIVD



Ma 3537
8

ULB Halle 3
004 976 614


TA 70L

mil

6







CONGRATVLATIO
INSCRIPTA
REVERENDO ET
DOCTISSIMO VIRO, FRATRI
Ioanni Dithmaro, celeberrimi Monaste-
rij Furstenfeldensis apud Boios Sacerdoti,
cū in Florentissima Ingolstadiensi Aca-
demia liberalium artium Philosophiæque
Doctōr 10. Cal. Febr. publicè ac so-
lenniter crearetur.

AUTORIBVS
M. IOANNE ENGERDO P. L. & Poëf. Profefs.
M. BARTHOLOMÆO HVBERO P. L.
M. HADRIANO VVENGERO.

INGOLSTADII,
EX TYPOGRAPHIA DAVIDIS
Sartorij, M. D. LXXVII.